



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annales Mariani Societatis Iesv

**Nádasi, János**

**Romæ, 1658**

Anno MDLXXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42840**

*Illi obedire.*

in Murcia Regno natus, cum puer tum adhuc opilio, oves pasceret, Deiparæ illustri maiestate fulgentis, a spectu recreatus, dixisse fertur; iussu ab illa esse Murciam se conferre. Francisce, aiebat illa, relictis, quibus illicò. Murciam iter intende: ibi Sacerdotes quosdam sanctimonia vitæ insignes reperies: illorum dictis, obedienter attende, & iussis pareas: atque aduerte, vitæ tuæ cardinem in eo verti. Abijt illa, ex oculis; & Franciscus ad Societatem Murcia rectà contendit; rem omnem exposuit, ad nos, admitti petijt, impetrauit; & nobiscum persanctè versatus, diem suæ mortis duodecimo ante die ex vero prædixit.

## ANNO MDLXXII.

*ob. 7. Oct.  
1572. L. n.  
cicilius t. 2.  
op. 17. n.  
129.*

911. B. P. Francisco Borgia per Ioannem Texendam ord. Min. dici voluit Beatissima Virgo, vt Societatem Iesu ingrederetur.

## ANNO MDLXXIII.

*Annus  
dier illustrium  
Romæ impressus.*

912. P. Martinus Gutierrez hoc anno inter carceris hæretici ærumnas obiit. Inter eximias eius virtutes eminebat aduersus DEI parentem cæli Reginam propè inenarrabilis obseruantia, inde vsque à prima ætate suscepta. Neque indulgentissima Mater clientis sui vincebatur officijs. Certum est, (vt quidem de illo affirmat impressa Societatis historia,) ostendere se illi perbenignè solitam; atque inter alia, aliquando visam sub augustissimo pallio Societatem vniuersam in singularis patrocinijs symbolum contegentem. Mortuo illo ingressam honestam matronam cum linteo candido ferunt: cumque diceret ad socios, auditum sibi, habere eos demortui socij corpus, rogasse, vt eius ad sepulturam componendi curam sibi permitterent: quod cum impetrasset, piè id grauitèque.

*Societatem  
illi commendar e.*